UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Ioan. Bapst. S. Romula V: S. Iuco Erem. 24. Jun.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Ioan. Bapſt. S Romula V: S. Iuuo
Erem. 24. Jun.

Mundi contemptus.

Guſtato ſpiritu, neceſſe eſt deſipere carnem. Bern.

Deus qui B. *I*oannem Præcurſorem tuum (S. Romulam V. S. *I*oannem Eremitam) feciſti honorabilem, da populis tuis ſpiritualium gratiam gaudiorum & fidelium mentes dirige in viam ſalutis Per D. N I. Chr.

Ora pro Pontifice R. &

1. S. Ioannes Baptiſta continuum in vita miraculum, nec minor poſt mortem reputatus, Anno vitæ tertio ſub Herodis perſecutionem in eremum delatus in eadem vſq; ad diem oſtenſionis ſuæ perſeuerauit, vſque ad Annum xv. Trib. Pot. ſeu Imperij Tiberij Cæſaris, quo ſub Anna ſeu Anano Pontifice Iudæorum & ſequentibus prædicare & Domino viam parare eſt aggreſſus.

2. S. Romula V. Romana cælibem vitam egit vna cum S. Redempta & altera ibidem V. apud quas patientia & orationum inſtantia ita vixit, vt morientis cubile & luce cælesti, & pſallentium Angelorum choro ſit honoratum, temporibus S. Gregorij Papæ.

3. S. Iuanus ſeu Ioannes Eremita in Bohemia circa A. 600 inclaruit, cum ex Dalmatiæ Rege ortus pro Christi amore latere elegiſſet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN